

loquutum fuisse. Illum autem Dionysii Afri versiculum quem supra attuli malunt nonnulli cum Stephano de nostris, quam cum Eustathio de Armoricanis intelligere, maxime cum Festus Avienus vetustus sane scriptor ita reddiderit,

*Cauris nimium vicina * Britannis :*

Flavaque caesariem Germania porrigit ora.

Nec quis existimet Britannianos in notitia memoratos hinc fuisse, qui tantum fuere militum cohortes è Britannia nostra conscripti.

* id est,
Britannia.

Britannici-
ani.

Armorica.

Lexovii
Plinio.
forte.

Zonaras.

Arborici

Procopio

dicti, & al-

teri ipsa re-

gio Cornu

Galliae.

Ante Britannorum nostrorum adventum, hæc regio primum Armorica dicta erat, id est, *Ad mare sita*, deinde eodem sensu Britannice *Llydaw*, id est, *Littoralis*, Latine *Letavia* apud nostros mediæ ætatis scriptores. Vnde Letos fuisse suspicor quos in Gallia nominat Zosimus, cum innuit Magnentium Tyrannum apud Lætos natum in Gallia, patre Britanno. Hi Armorici cum Constantinus ille nominis favore electus rerum potiretur, & barbari Gallias undique perfultarent, ejectis Romanorum præfidiis, rempublicam inter se constituerunt: sed Valentinianus Junior opera Ætii, & intercessione S. Germani in ordinem redegit. Quo tempore Exuperantius eos rexisse videatur. De quo Claudius Rutilius,

Cujus Aremoricas pater Exuperantius oras

Nunc post liminium pacis amore docet.

Leges restituit, libertatemque reducit,

Et seruos famulis non sinit esse suis.

Ex quibus versibus nescio an Ægidius Maferrus collegerit, cum scripserit Britannos fuisse servulos Armoricanis, & libertatem in eos erexisse. Prima mentio Britannorum in Armorica, quod scio, fuit anno salutis 461 circa annum tricesimum ab Anglo-Saxonibus in Britanniam nostram evocatis. Tunc enim Mansuetus Britannorum Episcopus inter Gallia & Aremoricae Episcopos Concilio Turonensi primo subscripsit. Nono post anno hi novi Gallia incolæ cum viderent Visigothos sibi fecundissimos Andium

& Pictorum agros occupare, in eos irruerunt, & obstaculo fuerunt quo minus Gothi Galliam totam occuparent. Ab Anthemii enim Romani Imperatoris partibus steterunt contra Gothos, usque adeo ut Aruandus majestatis damnatus fuerit, quod literis ad Gothorum regem datis, Britannos supra Ligerim oppugnandos, & Gallias inter Gothos & Burgundos dividenda suavisset. *Britanni hi genus erat hominum argutum, armatum, tumultuosum, virtute, numero, & contubernio conrumax.* ut Sidonius Appollinaris de illis conqueritur ad Riothimum suum, ut ipse appellat, (Britannorum Regem vocat Iornandes) qui postea ab Anthemio accersitus venit cum XII millibus hominum subsidio Romanis, sed antequam illis jungerentur, aperto Marte à Gothis cum suis superatus ad Burgundiones Romanis confederatos confugit. Iam inde Armoricis paulatim devictis Britannorum nomen his novis sedibus ita invaluit ut universi incolæ in Britannorum nomen paulatim coalescerent, & hic tractus *Britannia Armorica & Francis Britannia Cismarina* diceretur. Vnde I. Scaliger,

Sid. Apol-
linar.

Anno 470.

Vicit Aremoricas animosa Britannia gentes,

Et dedit imposito nomina prisca jugo.

*Arma enim in hospites qui eos admiserunt, converterunt, ut constat cum alias, tum ex his Regalis Episcopi Venetensis verbis de se & suis: *Nos in captivitate Britannorum positi gravi jugo subditum sumus. Temporibus autem subsequenter seque suaque animose primo sub Regulis, postea sub Comitibus, & Ducibus contra Francos propugnabant, licet ut habet Glaber Rodolphus, sola illis divitiæ fuere libertas fisci publici, & lactis copia: & hinc ante quingentos annos de illis scripsit Guilielmus Malmesburiensis: Est genus hominum egens in patria, aliasque externo ære laboriosa vitæ mercatur stipendia. Si dederis, nec civilia sine respectu juris & cognationis detrectans prælia, sed pro quantitate nummorum ad quascunque voles partes obnoxium.*

Gregor.
Turon.
Lib. 10.
c. 9.

BRITANNI WALLENSIS, ET CORNWALLENSIS.

R

Eliphi Britannorum qui patriam in patria miserimi quæserunt, tantis conflictati sunt calamitatibus, quantas pro rerum atrocitate nemo satis explicare queat: Non solum à Saxonibus, Pictis, & Scotis bello tetro longe lateque disperfo exagitati, sed impotenti nefariorum tyrannorum dominatu ubique oppressi. Qui & quales autem illi fuerint tyranni circa annum salutis quingentesimum, habe paucis ex Gilda qui tum vixit & vidit. *Constantinus inter Damnonios licet conceptis verbis coram Deo & sanctorum choris se boni principis officium prestiturum jurasset, in duabus ecclesiis duos regios pueros, eorumque nutritores duos viros fortissimos sub Abbatibus amphibalo, id est, * sacra veste utrinque villosa, obtruncavit, multisque ante annis uxore legitima depulsa, crebris adulteriorum factoribus sedatus.*

Constanti-
nus.

* Glossa-
rium ve-
rum.

Aurelius Conanus in parricidiorum & adulteriorum cæ-

no volutatus, pacem patriæ exosus, solus relictus ac si arbor in campo arefcens, cujus patrem, fratresque super vacua phantasia abripuit, & mors immatura oppressit.

Aurelius
Conanus,
qui &
Caninus
v. c.

Vortiporius Dimetarum tyrannus, boni patris nequam filius, pardo similis moribus, & nequitiis discolor, canescente jam capite, sedens in throno dolis pleno, parricidiis & adulteriis constuprato, conjugem amovit, ejusdemque filiam imprudentem stupravit & è medio sustulit.

Vortipo-
rius.

Cuneglasus, Romana lingua lanio fulvus, ursus multorum sessor, auriga currus receptaculi urfi, Dei contemptor, Cleri depressor, in Deum sceleribus, in hominem armis belligerans, uxorem repulit, sanctos crebris injuriis instigavit, superbe sapiens, & in incerto divitiarum sperans.

Cunegla-
sus.

Maglocunus insularis Draco, multorum tyrannorum depulsor tam regno quam vita, primus in malo, multis potentia simulque malitia major, largior dando, profusior peccatis, fortior armis, cunctis Britannia Ducibus tam regno, quam status lineamento editior, adolescens adunculum Regem cum fortissimis militibus ense & igni oppressit.

Maglocu-
nus.

Post-